omnium, quorum memoriam predicte domine habebunt perpetuam, nec non et agros supra dictos dictos ein breythte liberos predicto cenobio pro xii marcis reddimus et facimus absolutos. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presenti littere duximus apponendum. Acta sunt hec[a]) presentibus discretis viris domino Th[eoderico] abbate de Buch, domino Hen. plebano de Bichen, Th[eoderico] camerario de Gnanstein, Hein[rico] filio Th[eoderici] de Gnanstein, Iohanne de Sebene, Rulikone[b]) de Suachou et aliis pluribus fide dignis. Datum anno domini M̄ ccc, vi kalendas marcii.

299.

Landgraf Albrecht eignet dem Kloster Marienthron die Dörfer Windisch-(Klein-)Bothen und Schaddel, die dazu gehörigen Mühlen, Wiesen, Wälder, Ober- und Niedergerichte und die Fischerei in einem Theile des Stadtgrabens und der Mulde bis an das Wehr bei Kössern, sowie den Wasserlauf Pustenitz. **Grimma, 1300 März 2.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1625. Das beschädigte Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. IV, 6) an Fäden von gelber und rother Seide.

Gedr.: Hasche Magazin 6,393 ff.

Anm.: Unter dem fluvius aque Pustenitz *wird der jetzt so genannte Pratzschkenbach zu verstehen sein, welcher auf dem linken Ufer der Mulde von Leisenau herkommt und früher die Grenze zwischen dem Colditzer Amte und dem Grimmaischen Schulamte (Lorenz Grimma 1097 ff.) bildete. — Vergl. im Uebrigen No. 297 und den Vorbericht.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Albertus dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus universis hoc scriptum visuris vel audituris in perpetuum. Cum oblivio erroris —. Hinc est, quod ad universorum temporis presentis et futuri hominum noticiam cupimus pervenire, quod ob honorem dei omnipotentis et gloriose genitricis sue nostrorumque progenitorum et propriorum peccaminum ob medelam cenobio sive conventui sanctimonialium ecclesie, que dicitur Tronus sancte Marie, prope Grymmis villas Windischinbatyn et Schadelowe, molendina eisdem attinencia, prata silvas ligneta, iudicia sanguinis et bonorum, piscaturas sive piscaciones a molendino eiusdem cenobii[a]) sito prope prefatam civitatem Grymmis inchoantes et sursum usque ad obstaculum, quod dicitur Kozzerwer[b]), protendentes, cum fluvio aque dicto Pustenitz propriamus et in proprium erogamus nichil nobis vel nostris posteris in hiis iuris quippe penitus reservantes, volentes idem cenobium gaudere et frui fructibus et proventibus omnium predictorum liberaliter et solute. Ut igitur nostra appropriacio omnium predictorum ante dicto cenobio gratuite et voluntarie facta robur et effectum sorciatur perpetue firmitatis et a nullo penitus infringatur, presentem litteram eidem cenobio et conventui desuper conscriptam dedimus nostro sigillo validius confirmatam. Huius autem appropriacionis testes sunt viri strennui Albertus de Brandenberg, Syfridus Wilde de Burnis, Henricus de Hophgarten, Theodericus de Sybeleybin, Gotzo de Gotha noster marscalcus, Tylo de

298. *a)* hec *über der Zeile hinzugefügt.* *b)* ne *in* Rulikone *über der Zeile.*

299. *a) D. h. von der Kempnitzmühle (Lorenz Grimma 264) an im Stadtgraben hin bis an die Obermühle der Altzellischen Mönche und von dort oberhalb dieser Mühle in der Mulde stromaufwärts bis an das Wehr bei Kössern.* *b) Eines Wehrs bei Kössern geschieht sonst nirgends Erwähnung.*